

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

Cur ex vsu Eucharistiæ non proficiamus. Cap XIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-78821)

effectu adultis conferri solito ex Concil. Trident. sess. 6. cap. 7. & S. Damasco. Dispositiones autem necessariae, supra enumeratae numer. 17.

## SECUNDA PARS OPUSCULI.

## CAPUT DECEMVIM TERTIVM.

*Cur ex usu Eucharistie non proficiamus.*

52.  
h. 66. ad  
pop.

**C**um ergo tot modis Eucharistia conducat ad profectum spirituale, quid causæ est, quod illam tam sèpè lumentes, non tantum proficimus quantum deberemus? & quod ait S. Chrysostomus: *Sacramenta suscipientes minus dignæ, & illa & Christum traducimus, & quantum in nobis est, famam & honore priuamus.* Quia nimis non appetet in nobis fructus Sacramentorum talis, qualis prædicitur, & meritò videtur culpâ talium fieri, ut Christus dicere possit illud Isaæ: *In vacuum laboravi, sine causa & vanè fortitudinem meam consumpsi;* Ita fructus nullus appetit in nobis. *Nanquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi?* quare ergo non est obducta cicatrix filii populi mei: *vulnus, & lior, & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, nec fota oleo.* Præterum cùm vt ait S. Thom. per hoc Sacramentum perficiatur spiritualis vita, ad hoc quod homo in se ipso perfectus existat, per coniunctionem ad Deum. *Ego veni, ut vitam habeant & abundantiā habeant.*

11a. 49.  
Ierem. 8.  
Isai. 1.

53.  
3. p. q. 79.  
2. i. ad 1.  
Ioan. 10.  
c. 8. eccl.  
hier.

c. 28. 94.

Vnde meritò S. Dionysius Areopagita, Eucharistiam sanctissimam ait perficiendu vim habere. Supra quoque dixerat: *Eucharistiam vim habere maximam, omnia ferè Sacramenta perficiendi.* Et B. M. Magdalena de Pazis: *Vnam Communionem bene factam aiebat sufficiere ad animam faciendam perfectam.* Ut meritò S. Dyon. c. 3. Eccl. hier. init. dicat Eucharistiam à S. Paulo appellatam esse *receptori relatiū. Sacramentorum Sacramentum,* hoc est, *omnium prestantissimum Sacramentum:* & ait: *ei si vnumquaque Sacramentum vitas nostras in uniformem illum statutum quod Dī efficitur, colligat, Dei, societatem & unitatem impertiat,* et tamen principia prærogativa attribui nomen communionis & Synaxis, alii Sacramentis, commune, quia nimis aliorum Sacramentorum communionibus perficit atque efficacia ex diuinis huius perficiendis, vim habentibus donis accedit. Hinc ait Eucharistiam dari post suscepit alia Sacra menta, quasi perfici entem alia, & sine hac, manētia imperfecta. Quod non proficiamus ipsi fatemur, & experimur multo: quia post annos aliquot quibus communicauimus, celebrauimusque tam sèpè, non sentimus nos meliores, inquit proh dolor! sentimus nos quandoque deteriores, magis iracundos, minus obedientes, minus detotoros, minus hu-

miles, quām in Tyrocinio fuerimus &c. Quis ergo causa? Non est attribuendum occupationibus vita nostra actiua, haec enim non impedire fructum Eucharistie. Pater ex viris nostrorum Patrum S. Ignatij, S. Xauerij, P. Barzai, P. Sylueria, P. Mancinelli, P. Colnagi, P. Realini, & aliorum, qui perpetuo occupabantur in auxilio animalium, & erant sanctissimi & deuotissimi, & perpetuo crescebat in virtute. Experiuntur hoc etiam alij, qui has distractiones Dei causa subeunt. Quando S. Catharina Senensis, vt dicitur in vita eius c. 1. cœpit Christi iussu agere cum hominibus, studio eos iuuandi, tunc crevit in ea deuotio, etiam sensibila & tenera, & quasi infinitum desiderium SS. Eucharistie. Si autem deuotionem sensibilem non impedit conuersatio, & similes vita actiua occupationes, multò minus effectum Eucharistie, qui faciliter acquiritur & conseruantur, quam sensibilis deuotio. Sanè plus potest gratia, quam natura, plus potest Christus per se & Deus, quam noster labor & ingenium; & tamen studendo diligenter proficimus, sumus doctiores in fine anni, etli hebeti sumus ingenio; communicando vero videmus nos non ita proficeri, etli ad communione non tantum nos sed etiā Deus ipse concurrat magis, quam ad profectum nostrum in literis. Est enim cœlestis Dei actio, inquit S. Dionysius Areopagita, *omnia diuina nostra sanctificacionis principium, essentia, perfectione,* vii. Et si Iesus, qui est diuum altare nostrum, diuina est dinariorum mentium consecratio, in quo, vi scripta diuina loquuntur, consecrat ac mystica omnino hostie, inflat incensi accessum habemus, & cum Iesus sanctissimus sanctificet seipsum pro nobis, nosq; omni sanctitate complear (vt idem eodem in loco S. Doctor ait) dum ea qua in eo dispensatione prouidentiaq; perficiuntur, ad nos vt à Deo generatos, scilicet benignè peruenient, mirum est nos non sentire in nobis huius diuinæ sanctificationis effectus, tam sancto cibo correspondentes.

Ego existimo causam esse quintuplicem: Primo, politiuam peccata, quæ committimus deliberatè ex supina negligentiâ ante & post receptionem Eucharistie, illa enim feruorem charitatis & minuant, & impedit, ut docet S. Thom. & 1. 2. q. 1. retardant effectum hominis, ne promptè in Deum seruitur: & profectum spirituale impediunt, vt idem 10. 3. q. 9. S. Doctor docet alibi: *Parue etiam negligente observant animam & impedimentum faciunt amplioris gratiae,* inquit Richardus Victorinus. Feruor autem c. 35. in temi charitatis facit, ut acquisitis habitibus grata c. 5. Causa & donorum ac gratiarum Sacramentalium 10. 3. q. 10. vt amur in occasionibus. Vnde qui à peccatis corp. & abstinentia studient diligenter proficiunt, inquit ad 1. se proficere aduentunt. Ideo Apostolus ait: Mihi 1. Tim. sericordiam conjectatus sum, ut essem fidelis, quia ignorans feci: id est, quia non ex malitia peccauit, Deus illum faciliter connerit. Quā de re S. 1. 2. 1. Reg. Gregor, in illud. Repletiprūs pro panibus scribit. collo-

collocauerunt, & famelici saturati sunt. Hec verba, inquit, cōtra negligentes Sacramenti altaris ministros, atque audaces Dominicis Corporis suscepiores, cōuenienter dici possunt, qui nimurā comedunt & saturari non possunt; quis licet Sacramentum ore percipiunt, virtus Sacramenti non repletur: à virtute ergo illi Sacramenti sciuntur, quia repleti fuerant. Salutis quippe fructum non percipiunt, in consuētione saturari hostia, quia ea, quibus se repluerant flagitia portant in mente. Non saturantur ergo nisi famelici, qui à rūno pescatē iteūtantes, diuina Sacramenta percipiunt, in plenitudine virtutis. Et quis sine peccato electi et iam viri esse non possunt, quid restat, nisi à peccatis quibus eos humana fragilitas maculare non definit, evacuare se quotidie conuentur. Nam qui quotidie non exhibuit quod delinquit, eis minima sunt peccata, quae congerit pauperrima anima repletur, atque ē meritū afferunt fructum interne sauitatis. Hac replezione nos evacuare Paulus insinuans ait; probet se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Quid enim est hoc loco probare, nisi evacuatā peccatorum nequitiā seprobatum ac purum ad mensam Dominicā exhibere. De repleto etiam subdit: Qui enim manducat & bibit indignū iudicium sibi manducat & bibit. Qui ergo quotidie delinquimus, quotidiū ad penitentia lamenta curramus: quia ipsa sola virtus est, que evacuat, quid in ventre anima culpa coadunat: & tunc vere famelici saturantur, quia quod studioſius manducant laetatio penitentie, eo vberiore diuina gratia fructum ripinunt in spirituali refectione.

Nemo igitur sit Iudas in mensa, monet S. Chrysostomus, hoc sacrificium, cibis spiritualiis est. Nam corporis cibis cū ventrem inuenerit aduersis humoribus occupatum, amplius ledit, magis nocet, & nullum prestat auxilium; ita & iste spiritualis cibus, si aliquem repererit malignitate pollutum, magis eum perdet, non suā naturā sed accipiens vitio. Pura igitur sit mens in omnibus, pura cogitatio, quia & sacrificium parum est. Sanctam animam preparamus, & hoc non multo tempore, sed vna corrigitur die. Nam si ubi contra inimicum tuum dolor est, solue iram inimicinas laxa, vt remedium de mena percipias.

Secunda causa est negativa, quia occasiones virtutum, quae se offerunt, negligimus, non faciendo earum actus, verum est autem illud: Facient quid in se est: Deus non denegat gratiam: auxiliis diuinis cooperanti & habitibus internis bene venti, Deus data auxilia vberiora, maiora, efficiaciora ad frequentandos nouos & nouos actus, per quos augeatur eius profectus spiritualis.

Verum enim iherd, cauenda est omnis negligētia in susceptione Eucharistiae. Nam S. Thos. Antoninus, Sylva Paludan. Caiet. Alexander Alensis, S. Bonaventura, Petrus Soto, Marsil. dicunt, voluntariam distractionem, seu peccatum veniale, quod committitur tempore quo sumitur Eucharistia, & quod impedit actualem devotionem in percipiente, eti non impedit augmentum gratiae & charitatis, quae datur ex o-

pere operato ob Christi merita, tamen impedit Pal. q. 1. 2. aliquos effectus Eucharistiae, & omnino impe- 2. co. 3. dit maius meritum, & effectus qui non pec- n. 11. c. 4. cant iudicant ex opere operantis. Et ita S. Bo- Cai. 2. q. nau. Si, inquit, ex quodam torpore vel ex distractione 113. a. 3. & 2. p. 7. non se debite prepararet, aut nullam aut modicam re- a. 8. Al. 3. portat efficaciam, quamvis non incurrat mortalem of- P. Q. 10. in fensionem. Quanquam Alensis id vniuersaliter 8. a. 3. B. 6. affirmet de efficacia Sacramenti, idque rationi- in 4. d. 12. bus confirmat Vsq. eti postea id refuter c. 2. Et 1. p. dist. a. 2. q. 1. ia quamvis Suar. contrarium sentiat, cum tamen in 4. d. 12. id non sit omnino incertum, timendum est. P. 2. a. 1. Vnde Christus de quodam damnando loquens q. 1. S. Brigitte: Quamvis me sumptu continuā, non tamē ex hoc multū melior abatur, quia non se preparauit 79 a. 8. d. 206. c. 1. vi debuit. Qui enim colligere vellet hospitem bonum, S. to. 3. in & Dominum, preparare debet non solum hospitium, 3. p. 73. sed etiam omnia vienfilia, sic non iste, qui eti manda- 1. 2. c. 3. Reu. c. 2. uit domum, non tamē scopauit eam reuerenter & diligenter, nec paucimentum strauit virtutum floribus: nec vienfilia membrorum suorum implevit abstinentiis. Causa, inquit S. Bonaventura, ne nimis tepidus 60. & inordinatus atque inconsideratē accedas, quia indigne sumis, nisi accedas reuerenter, circumspetē, & consideratē. Et vide, ne propter tumorem aut vanam gloriam aut consuetudinem, aut alicuius mundane complacentia aut temporalis favoris respectu accedas, si- cut multi diebus ista abutuntur ad sui perditionem, eo quod est datum ad salutem. Idem: qui tepide & inde- in Breuil. uote & inconsideratē accedit, iudicium sibi mandu- p. 6. c. 9. cat & bibit. Et eadem verba transtulit S. Ber- 10. 1. f. 50. nardinus Senensis citans S. Bonaventuram. a. 2. c. 5. 61.

Tertia causa est, affectus ad res terrenas in cōuersatione, in recreationibus &c. Deus non de- dit Manna, nisi quando cibaria Aegypti defec- runt. Manna defecit quando fructus terrae promissæ gustare cōoperunt. Sic sollicitudo temporalium, cupiditas commoditatum, honorum, distractio-nes, ira &c. effectum Eucharistici cibi impediunt, ne efficiat, quod posset. Anima sat- urata, (seilicet mundanis) calcabit fauum, (Eucha- Prou. 27. ristia.) Non est dare vacuum, ait Deus S. Catharine<sup>7</sup>. Senensi, vnde si quid aliquā re materiali vacuum est, dial. 54. impletur aere; simili modo cor est vnum vas, quod nullo modo vacuum esse potest: sed extractis inde rebus transitoriis per amorem inordinatum illud repletur aere: videlicet amore diuino & celestium, cum quo peruenit ad aquam gratiae.

Quarta causa est, exiguum desiderium, cūm 62. quo accedimus ad Eucharistiam. Panū iste, in- tr. 2. 6. in quī S. Augustinus, interioris hominis querit esu- Ioan. riem: vnde alio loco dicit: Beati qui esuriunt & sitiunt Matt. 5. iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Iustitiam vero nobis esse Christum Paulus Apostolus dicit. At per hoc qui esurit hunc panem, esuriat iustitiam, sed iustitiam qua de celo descendit. Pulchro exemplo id expli- dial. 6. cavit Deus S. Catharinæ Senensi: Si plurimi, in- 110. quī portarent candelas ad accendendum, & vna pon- deris esset vnius vncie, alia duarum, sive sex, vel vnius libra, & quamvis omnibus accensis, in qualibet parua

& magnā totum lumen accipias, videlicet, calorem, colorem, & ipsum lumen accipias, iudicabis tamen quid minus de lumine accipiat ille, qui candelam parvam accendit, quam ille qui maiorem. Ita contingit in hoc Venerabilis Sacramento, de his qui recipiunt illud, & eorum candelas afferant, videlicet sanctorum desiderium cum quo recipiunt ipsum. Venerabile Sacramentum. Atque tantum accipitis ex isto lumine, quantum de materia sincera dilectionis & amoris, & igniti desiderij portatis, quoniam totum in veritate recipiatis. Tantum ergo percipitis ex isto lumine, videlicet de gratia, quam in isto venerando Sacramento recipiatis, quantum vos cum sancto desiderio disponitis ad recipiendum. Quocirca, ut monet S. Ioan. Damascenus, Accedamus ei desiderio ardenti & diuinum carbonem, (scilicet Eucharistiam, de qua ibi loquitur) concipiamus, ut ignis in nobis, assumentes eo ex carbone ignitionem, combatimur peccata nostra, & illuminem corda nostra & participatione diuinis ignibus igniamur & desideremus. Carbonem videt Ier. (c. 6.) carbo autem simplex non est, sed unitus igni. Sic panis Communio, non panis simplex est, sed unitus Diuinitati, & corpus unitum Diuinitati. Merito ergo tam praetans cibis exigit summum devotionis & feruoris effectum. B. M. Magdalena de Pazzis apud Pucci, 4. p. vit. c. 13, in raptu, vidit Ordines Religiosos significatos per multas semitas, ornatas arboribus & vitiis, & in eis vidit aliquos Religiosos pascentes, & eos esse, qui cum magno seruore & gusto sumunt Eucharistiam, & magnum inde fructum percipiunt. Alios videt euellere vites, & earum loco plantare spinas: & hos esse, qui communicant casu, cum exiguo imo nullo gusto, & nullum fructum capiunt, quia Iesu transper illos, & non subsistit in eiusmodi tales non producent in Religiosis aliud quam spinas peccatorum. De B. Catharina Genuensi in eius vita scribitur: Exoptabat, ut sibi cum ingenti gusto & devotione tres illas Missas, que in Natali Domini ex more Ecclesie celebrantur, dicere licet, adeo quod, non erant in hoc mundo, quorum conditioni inuiderer, nisi Sacerdotum, et quod hoc Sacramentum corde possent excipere, ac manibus traducere, sicut vellent, quod supra saltare in manibus Sacerdotum conspiciens, intra se dicebat: ab hinc citio transmette in intimum cordis mei, quoniam cibus ipsius est. Vix poterat tolerare, ut extra cor vel breuissimo spatio confiseretur, ferme tabescerat donec receperit, & ruminem quemque putabat talem inde gustum & lesuanum percipere cuiusmodi ipsa. Merito tanto Eucharistia desiderio ardebat, quia, ut scribit S. Chrysost. ep. 2. ad Olympiadem diaconissam, si qui amant, eo solo contenti non sunt, quod animarum vinculis inter se constringantur, neque hoc ad consolationem sibi satis effundunt, rerum etiam corporis presentiam requirunt. Quia si careant, haud exigua pars voluptatis sufficiat eis.

*Quinta causa, esse potest, si in ipsa sumptione peccet, quis venialiter, vel ob finem vanum, vel ob irreverentiam culpabilem, quia etiā sententia communis contraria sit, tamen dicitur S. Thomas, Cajet, & Petrus de Soto in lectionib. 15, &*

plures alij suprā citati , tunc perdi meritum & fructum, qui datur ex opere operato .  
Merito ergo S. Chrysostomus exclamat . *Quid facis homo ? Quando Sacerdos stat ante sacrā mensam, manibus in celum extensis , invocat Spiritum S. commensando Spiritus gratiam suam tribuit, quando descendit, quando ouem matutinam & diutinam cernit, tunc tumultum, tunc turbas excitas . Quomodo sacrificio hoc perfui potes, cum tanto tumultu & strepitu ad mensam hanc accedens ? Non sufficiit nobis peccatis contaminatos accedere, sed ipsum etiam accessus momentanum non sinimus a peccato liberum praterire &c . Vbi cadaueri, & aquila . Ocius est haec hostia propter te . Nos autem non vt aquila, sed vt canes accedimus . Tanta nostra est impudenteria . Omnia, vt dixit Deus Pater S. Catharinæ Senensi , circa salutem & perfectionem hominis necessaria, pretiosissime sanguis operatur, dum tamen indispositio recipiens non impedit . Quia sicut vitam exhibet, & animam omnī gratiā doceat & ornat, modicū vel abundantanter iuxta dispositionem & effectum illius qui recipit , iia mortem inserit illi qui vniū iniquē .*

T E R T I A P A R S.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

*Quibus in rebus profectus noster per consumum  
Eucharistiae apparere debeat.*

**R**esponeo, primò caueamus vitia lingua, siquidem lingua tam sanctum cibū attingimus. 63.  
h. 3. in  
Mauth  
Hac consideratione S. Chrysostom. ad hoc ipsum se excitabat. **Quo non oportet te esse puriore** b. 30. in  
Cot.  
**seuenteri tali sacrificio?** quo solari radio non splendore manam, carnem hanc diuidenteris quod igni spirituali repletur, linguam que tremendo nimis sanguine rubescit: Et: **Per has portas Christus ingrediar** b. 30. in  
Cot.  
**cum communicamus.** Non vulgari quodam honore es nostrum afficitur, cum Corpus Dominum excipi. Andiant, qui obscena loquuntur, qui convitia proferunt, ac vorborrefant, cogitantes quale os turpum ac dedercent: Et infrà loquens de ore sacerdotis alios docentis cælestia: **Audi, que Oracula Christi** per os tuum ediderit, atque illud ab omni macula purum conserua. Os istud vel ipso quoque propitiatorio augustinus, atque terribilium exsift. Nam propitiatorium illud nuncquam eiusmodi vocem emittet, veram de rebus inferiori momenti, nimirum de bellis ac terrâ pace, hoc autem omnia de celo, & futura vita, rebusq; nouis, ac membris captiuos excedentibus. Et: **Qui** cunque sis, manum tuam expurga, & castiga linguam, h. 17. in  
Cot.  
& labia, qua ingressuri Christi suere restibila. Quo etiam modio turpiloquium execrandum sit pluribus in locis, ne eo nos nostrum polluanus tanquam stereoty verborum obscenitate recipientes vnguentum Dei fragrantissimum, vt loquitur. Et alio in loco increpat vehementer eos, qui h. 6. in  
Corin  
linguam suam, quam ait Dei esse thuribulum, in